



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCCLXVII. Heinrich und Friedrich von Alvensleben überlassen dem Hause  
des Deutschen Ordens zur Commende Bergen bei Seehausen im  
Magdeburgischen das Patronat der Kirche zu Groß-Rodensleben, wie die ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

ac suecessorum in perpetuum vigeat salutaris et gratiam eterne benedictionis in nostris animabus consequamur. Testes huius sunt guntherus comes de Keuernberch, Nycolaus de Buek nostre Curie dapifer, slotko noster notarius et alii quam plures fidei testimonio decorati. Datum vrankenvorde, anno domini Millesimo Trecentesimo decimo, In die Juliane virginis, per manum slotkini, nostre Curie Notarii, sub appensione nostri sigilli.

Nach dem im Herzogl. Landeshauptarchive zu Wolfenbüttel aufbewahrten Original.

**CCCLXVII.** Heinrich und Friedrich von Alvensleben überlassen dem Hause des Deutschen Ordens zur Commende Bergen bei Seehausen im Magdeburgischen das Patronat der Kirche zu Groß-Rodenleben, wie die Markgrafen von Brandenburg solches früher besaßen und denen von Alvensleben schenkten, unter der Bedingung einer beständigen Fürbitte für die Markgrafen Otto und Hermann von Brandenburg und für die genannten Herren von Alvensleben, am  
23. Februar 1310.

In nomine domini Amen. Cum officium sit pie caritatis, viris religiosis deo deuotus consiliis, operibus salubriter subuenire, Maxime hiis, qui tamquam veri Machabei, crucem dominicam baiulantes, sese pro defensione cristianitatis in extremis ponant periculis, carnalia desideria postponentes, discipulos humiles constituentes se Jhesu Cristi; Siquidem ordinem ipsorum, videlicet fratrum domus Teuthunice, nec non personas ipsorum, fauorabilibus studiis amplectentes presentibus publice profitemur protestando, quod nos Henricus et Fredericus, dicti de aluenfleue, ac nostri filii Gebehardus et Henricus, cum vnanimi consensu, voluntate ac beneplacito nostrorum heredum omnium, pie remunerationis intuitu nec non ob salutem nostram et progenitorum nostrorum donauimus Ordini sancte Marie iherosolimitani hospitalis ac fratribus eiusdem ordinis et transtulimus in ipsos ius patronatus seu proprietatem Ecclesie in magno Rodenleue cum omnibus attinentiis suis, veluti preclari Principes Marchiones Brandenburgenses tenebant et possidebant, demum per ipsos ad nos iusto titulo donationis deuolutum, ad tenendum, habendum et possidendum, ac deinceps quicquid de ipso ipsis fratribus placuerit faciendum, prout fuerit ordini et fratribus sepedictis proficuum et honestum. Porro iidem fratres singulis Dominicis diebus in eiusdem Ecclesie ambone infra missarum sollempnia memoriam fieri faciant animarum Illustrium principum Marchionum Ottonis et Hermanni ac nostrarum, post obitum nostrum in anniuersariis ipsorum et nostrorum, missa pro defunctis cum vigiliis annis singulis sollempniter celebretur. Verum ut rata sit huiusmodi donatio ac a calumpniantium insultationibus maneat inconculsa (sic), et ex nostra prouisione gaudeat plenissima securitate, in testimonium nostre donationis presens scriptum tradidimus fratribus sepedictis, munimine nostrorum sigillorum roboratum. Actum et datum Anno domini Millesimo Trecentesimo Decimo, septimo kalend. Marcij. Presentibus domino alberto de aluenfleue Canonico Ecclesie sancti Nycolai in Magdeburch, Domino Henrico dicto Pincerna, Domino Lodewico de Wanfleue,



necnon Viris religiosi Fratre Walthero de arnsten Commendatore terre Saxonie, Fratre Gerhardo de Wederen Commendatore in Burowe, Fratre Hildebrando de Graforst Commendatore in Berche, Fratre Iohanne Plebano eiusdem loci, Fratre Heydenrico de Gummere Plebano in Luckenne et aliis quam pluribus fide dignis.

Nach dem Originale, welches aus dem Gutsarchive zu Bergen von dem Hof-Cammerrathe Steinkopff in Bernburg mitgetheilt worden. — Ein Extract dieser Urkunde ist bereits abgedruckt in Wohlsbrücks Gesch. Nachr. von Mevensleben I, 138. Doch ist derselbe nicht genau. Es ist z. B. statt Hildebrando de Graforst: Hildebrando de Grastorp gesetzt.

**CCCLXVIII.** Heinrich, Konrad und Bonislaw, Herzoge von Schlesien, übergeben den bisher von ihnen besessenen Theil Pommerns an die Markgrafen Woldemar und Johann von Brandenburg, am 3. März 1310.

Nos dei gratia Henricus, Conradus et Bonislaus, Duces Silesie ac domini Glogouie, Recognoscimus et ad noticiam uniuersorum tenore presentium publice uolumus peruenire, Quod quia nichil iuris nouimus nos habere in possessione terre Pomeranie, eam partem terre eiusdem, quam in nostra potestate hucusque tenuimus, nostris sororiis uidelicet Illustribus Woldemaro et Johanni, de Brandenburg Marchionibus, ad quos dicta terra Pomeranie iure ipsis suffragante pertinere dinoscitur, in solidum restituumus et complete, Desistentes et cessantes a petitione dicte terre Pomeranie nichilominus denuo literas per presentes, Quas quidem in huius facti firmiter euidenciam et robur super eo ualiturum perpetuo nostris sigillis de nostra certa scientia iussimus roborari. Actum et datum in Berlin, Anno Domini MCCCX, feria tertia ante diem beati Adrianj.

Zeitschrift in Gercken's Cod. VII, 124, richtiger in Lucas David's, Preuß. Chr. Bd. VI, 68.

**CCCLXIX.** Wislaw, Fürst von Rügen, entsagt allen seinen Ansprüchen auf den Theil Pommerns, welcher von den Markgrafen Woldemar und Johann von Brandenburg an den Deutschen Orden überlassen worden ist, am 12. April 1310.

Vniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit, uolumus esse notum, Quod nos Wislaus, dei gratia princeps Ruianorum, ob specialem amorem, quo illustres principes Woldemarum et Johannem, de Brandenburg Marchiones, auunculos carissimos, complectimur, cessauimus et per presentes literas cessamus penitus ab omni impetitione et iure districtus terre Pomeranie, quem dicti principes Religiosis uiris fratribus ordinis sancte Marie domus Theutonicorum uniuersis resignando uoluntarie dimiserunt, fauentes ex nunc bene dictis fratribus, ut huiusmodi districtum possideant, nec ipsos in hoc aliquatenus de cetero impedire seu impetere proponemus. Et in huius facti euidenciam firmiterem,

Haupttheil II. Bd. I.